

CAROLUS RUDOLPHUS DEI ET APOSTO-

LICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPUS CURIENSIS S.R.I. PRINCEPS,

DOMINUS IN FURSTENBURG ET FURSTENAU ETC. ETC.

Id modum Reverendo ac Perillustri in Christo Nobis Dilecto Domino Georgio Schleichleutner de Wang Cath. Ecclæ Nre Curiensis Canonico Scholastico Salutem in Domino. Tu multumque Episcopalis Ministerii angelicis etiam humanis formidandi gravitatem juxta ac Negotiorum Hierarchicorum cum multitudinem tum his proacque tem- pibus difficultatem aliaque dependentes, atque nullum non adjumentum pro administrando Episcopatu modo quo potest fieri, optimo quantum in Nobis est, adhibere cupientes in partem sollicitudinis Episcopalis Vicarium assumere deliberavimus atque statimus. Considerantibus autem Nobis per spæctosque habentibus fidem, Obedientiam, Prudentiam, Scientiam Doctorali etiam Laurea insignem, longam rerum Ecclesiasticarum Experientiam, aliasque potes et Virtutes Fidei, praeclaras, quas in Cancellarii Aulici nostri et Praedecessoris nostri munere per viginti et septem annos cumulate contempsisti, dubitandum Nobis minime fuit, quin praelatum in fine in Vicarium in Spiritualibus Generalem Vicefis nosse univere eligeremus, prout etiam talem se ex scientia liberaque voluntate nostra per praesentes nominamus, facimus, constituimus et deputamus cum omnibus juribus, Privi- legiis, Honoribus et Praerogativis eoque ac facultatibus ejusmodi muneri de jure vel consuetudine annexis; in specie vero plenam sibi potestatem dantes et committentes, 1.º Benedicen- di Ecclesias, Oratoria, Coemeteria aliaque loca cultui divino destinata, et soluta seu profanata reconciliandi; 2.º Benedicendi item Campanas (absque Functione) et alia usen filia Ecclesiastica; 3.º Dispensandi in votis et juramentis; 4.º Interdictionibus et Annatationibus Matrimonialibus, sicut etiam in observatione jejuniorum et festorum et hincque Regibus Nobis a dioecesi absentibus, litem dimissionis una cum dispensatione Interdictionum ad ordines quovis, etiam majores, examinandi Ordinandos eorumque Titulos, eoque adpro- bandi; 5.º Concedendi item Clericis peregrinantibus, aliisque de Causis Comendatitias et Testimoniales quascunque consuetas; 6.º Examinandi, adprobandi et deputandi Confessarios tum Seculares tum Regulares, ad probationesque et licentias concessas iterum revocandi; 7.º a Casibus Nobis Reservatis quibuscumque absolvendi, hancque potestatem aliis delegandi; 8.º Imponendi Penitentias publicas, ferendi Censuras Ecclesiasticas, suspendendi Clericos, et absolvendi; 9.º Cognoscendi Causas Matrimoniales ceterasque for- miales delegandi; 10.º Imponendi Penitentias publicas, ferendi Censuras Ecclesiasticas, suspendendi Clericos, et absolvendi; 11.º Electiones et Praesentationes ad quo- que Beneficia Ecclesiastica admittendi, Electoresque vel Praesentatos instituendi vel confirmandi, Resignationes simpliciter aut ex causa permutationis factas recipiendi, Beneficis vacantibus, aut cum eorum Rectors infirmi, impediti aut inhabiles fuerint, Vicarios idoneos dandi, exigendi quoque nova Beneficia etiam Parochialia de consensu no- strum, erecta univendi aut seminandi aliisque locis suis applicandi; 12.º Voluntates et fundationes pias exsequendi, et in alienationibus bonorum Ecclesiasticorum ad for- mam Canonum consensum et licentiam praestandi; 13.º Ecclesias Parochiales et Collegiatas, Casellas, Congregaciones, Monasteria non exempta aliaque loca pia quaecunque visitandi et reformandi, ac omnia, quae ad ejusmodi visitationis munus pertinent, agendi, nec non ea, quae necessaria aut utilia ad cultum divinum disciplinamque Ecclesiasticam sive conservandam sive reparandam videbuntur, in et contra visitationem quavis occasione decernendi et instituendi, Executionem quo- que visitationis exigendi; 14.º Edicta nostra exsequendi, ac univere in omnia dicendi, faciendi, statuendi et exsequendi, quae nos in se dicere, facere, statere et exequi nossemus et deberemus; ac 15.º denique etiam in casu absentis sibi vel alterius impedimenti unum aut plures substituti, usque aut aliis predictas facultates aut earum aliquas, prout opus fuerit, delegandi. Volumus autem, ut et in Vicarium nostrum in Spiritualibus Generalem sic constitutum omnes episcopali nosae jurisdictioni subiecti recognoscant, atque, ut par est, Reverentiam ac Obedientiam sibi praesentent. In quorum omnium et singulorum fidem has manus sigilloque nostro munitas dedimus Curiae in Residentia nostra die vigesima Augusti anno Incarnationis Dominicae Millesimo octingentesimo secundo.

